



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exetasis Testimoniorvm, Qvae Martinus Bucerus ex  
Sanctis Patribus, non sanctè edidit**

**Gardiner, Stephen**

**Lovanii, 1554**

Augustinus de gratia & libero arbitrio, Cap. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29410**

ipse tunc sine dubio iudicabit.

*Augustinus de gratia & libero arbitrio, Cap. 1.*

 Inc autem Domino loquenti cùm disissent discipuli: Si talis est causa homini cum vxore, nō expedit nubere, respondit eis, non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est: Nunquid non liberum arbitriū Timothei est exhortatus Apostolus, dicēs, contine te ipsum? & in hac re potestatē voluntatis ostendit, vbi ait: Non habens necessitatem, potestatē autem habens suæ voluntatis, vt seruet virginem suam, & tamē non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est: quibus enim non est datum, aut nolunt, aut non implent quod volunt: quibus autem datum est, sic volunt ut impleant quod volunt. Itaque vt hoc verbum, quod non ab omnibus capitur, ab aliquibus capiatur, & Dei donum est, & liberum arbitrium. De ipsa quoque pudicitia coniugali, nempe Apostolus ait. Quod vult faciat, non peccat si nubat, & tamen etiam hoc Dei donum est, dicente scriptura: A Domino iungitur mulier viro. Ideo doct̄or gentium, & pudicitiam coniugalem per quam non fiunt adulteria: & perfectiorem continentiam, per quam nullus concubitus quæritur, sermone suo commēdans, & hoc & illud donum Dei esse monstrat, scribens ad Corinthios, & admonēs coniuges, ne seniūcem fraudent: quos cùm admonuisset, adiecit: vellē autē omnes homines esse sicut meipsum,

K quia

Doctrina  
hæc quam  
dissidet à  
Buceranae

Liberum arbitriū, in cā  
piēdo donū  
cālibatus.

quia vtique ipse ab omni concubitu continebat, & continuo subiunxit: sed unusquisque proprium donum habet à Deo, alius sic, alius autē sic: Nunquid tam multa quæ præcipiuntur in lege Dei, ne fornicationes & adulteria committantur, indicant aliud quām liberum arbitrium? Neque enim præciperentur, nisi homo haberet propriam voluntatem, quā diuinis præceptis obediret, & tamen Dei donum est, sine quo seruari castitatis præcepta non possunt. Vnde ait ille in libro sapientiæ: Cūm scirem quia nemo esse potest continens, nisi Deus det: & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum: Ut autem ista non seruentur castitatis sancta mandata, unusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus, vbi si dixerit: volo seruare, sed vincor à concupiscentia mea, respondit scriptura libero eius arbitrio, quod iā superius dixi: Noli vinci à malo, sed vince in bono malum: quod tamen ut fiat, adiuuat gratia, quæ nisi adiuuerit, nihil lex erit, nisi virtus peccati. Augetur enim concupiscentia, & maiores vires accipit lege prohibente, nisi adiuuet spiritus gratiæ: hæc Augustinus.

*Idem de bono viduitatis, Cap. 11.*

Nuptiæ non  
licent hijs,  
qui vroue -  
runt.



EIGO

Vapropter non possum quidem dicere: proposito meliore lapsas, si nupserint, fœminas, adulteria esse, non coniugia: sed planè non dubitauerim dicere, lapsus & ruinas